Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De his qui sponsas alienas rapiunt. xxxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

non attendentes illud euangelicum: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Vnde nobis viſum eſt, vt coniugia ſeruorum non dirimantur, etiamſi diuerſos dominos habeant: ſed in vno coniugio permanentes, dominis ſeruiant ſuis. Et hoc in illis obſeruãdum eſt, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum.

Si furioſi matrimonia contraxerint. Cap XXX.

NEque furioſus, neq; furioſa matrimoniũ contrahere poſſunt: ſed ſi contractum fuerit, non ſeparetur. *Ex decr. Fabiani papæ, ca. 5.*

De deſponſata puella, ſi alter eam in matrimonium poſſit accipere. Cap. XXXI.

DE coniugali autem violatione requiſiſti, ſi deſponſatam alii puellam, alter in matrimonium poſſit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus: quia illa benectio quam nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles cuiuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi vlla trãſgreſſione violetur. *Ex epiſt. Syricij papæ, ca. 4*

De his qui ſponſas alienas rapiunt. Cap. XXXII.

DE his qui ſponſas alienas rapiunt, antiqua & ſynodalis ſententia obſeruetur. Quòd & ſi fortè in Eccleſia euentus talis reperiri dignoſcitur, vt pro ſalutis & religionis competentia humanius quiddã debeant tractare pontifices, ſicut canonica, vt eiſdem verbis vtamur, docet authoritas, quia prior, inquiens, definitio durius: poſterior autem quiddam tractauit humanius, nullo modo vt ad maximam indulgentiam deſcendamus, alterius ſponſæ acceptor, ſine publica trãſeat pœnitẽtia. Quòd ſi hæc obedire renuerit, ſine vlla refragatione anathematizetur. Fautores verò illius, iuxta modum culpæ, epiſcopi decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus, de gradu eccleſiaſtico talibus nuptiis ſe conſenſorem, vel interuentorem manifeſtè prodiderit, à gradu proprio repellantur. Et ſi veri ſimilibus exinde ſuſpicionibus fuerit propulſatus, canonicè ſe purget. *Ex cõcil. Meldẽſi, cap. 5.*

De his qui fœminas rapiunt, Cap. XXXIII.

PLacuit, vt hi qui rapiũt fœminas, vel furãtur, aut ſeducunt, eas nullatenus habeãt vxores, quãuis eis poſtmodũ cõueniat, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum *Ex cõcil. apud Aquiſgrã. cap. 3.*